Posteris ob non completionem praemissorum omnium et singulorum tam in parte, quam in toto toties quoties opus fuerit ad solvendum succumbendo. Pro quo quidem vadio modo praemisso ad solvendum succubito ac pro re aliqua principali ex praemissis non completa complenda citatus existens memoratus Recognoscens Nobilis Iwan Terlecki Zaniewicz sive eius Successores, ad instantiam supramemoratorum Nobilium Basilii Baczynski et Iennes Terlecka, atque Andreae Smereczanski et Marinae Terlecka Coniugum legitimorum, filiarum ac Generorum Caesionariorumque suorum vel eorumque Posterorum, ad Officium praesens Castrense Capitaneale Praemysliense ex tunc recessu suprascripto, quo ad respondendum spectat mediante semper in primo litationis Termino tanquam peremptorio stare, Iuri parere respondere, vadium praefatum luere, Inscriptioni praesenti satisfacere, ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur, seque ac suos Successores ad eadem omnia inscribit et obligat praesentibus, illum Terminum primum peremptorium, et alios omnes exinde consequentes Causae eiusdem Terminos semper peremptorios, vera infirmitate, pro maiori minore aetate Successorum, legatione, intra vel extra Regnum, servitio militari ad munimenta ad Evictorem vel aliis quibusvis Dillationibus et legalibus impedimentis non differendo, ad quietationem praeterea ultra proximos Officii praefati Castrensis Capitanealis Praemysliensis Terminos Dillationem sibi non recipiendo, nullasque Motiones appellationes ac earum prosecutiones faciendo, ac praemissa omnia Poenis simplicibus vel implicatis Evasionibus Suspensionibus, fatalis Iuris praescriptione Terrestri, bello Conventibus, Iure ac aliis omnibus Iuris remediis et defensis non sibi refugiendo nec modo aliquovis evadendo. Hac sua praesenti personali Recognitione ad praemissa acto mediante.

Tureckie Sowinskim vendunt.

Comparentes personaliter coram Officio, et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premysliensibus Honesti Femina Zakhnona olim Honesti Senko Turecki Consors legitima derelicta Vidua Mater, et Iwan Turecki atque Jenna, Honesti Alberti Oszewski, tum Marina, Honesti Basilii Kocil Consortes legitimae Filiae et Filius, cum Suprascripto olim Honesto Senko Turecki suscepti Incolae Premyslienses 1015
sanis mentibus et corporibus existentes Foro suo quovis proprio omisso, et Jurisdictione competenti posthabita, praesenti vero Castrensi Capitaneali Premysliensi Jurisdictione in se, Successores, Bonaque sua generaliter omnia quoad Actum huncce attinet, benevole consumpta, palam, libere, publice, ac per expressum recognoverunt, et quilibet illorum seorsim suo pro interesse recognovit Quia ipsi omnes in solidum, et quidem Maritatae cum Suprascriptorum Maritorum suorum uti Tutorum Coniugalium personali assistentia et Ultroneo ad infrascripta recognoscenda consensu, Bona sui Recognoscentium propria et haereditaria, videlicet post fluvium San fundos certos inter metas ab una Stroczynski et ab altera Sechinowskie od Sanu wzdłuż aż do granice Zurowickiey Stay siedmioro Pola owego zosiewnikiem. Item nad Sanem staianii dwanie inter metas easdem existens cum vepretibus et mericis, pratis et campis ad eadem Bona antiquitus Spectantibus. Cum omni praemissorum Iure, Dominio, proprietate, haereditate, tituloque venditorio, omnibusque et singulis Bonorum eorundem utilitatibus, fructibus, proventibus, redditibus, commodis, emolumentis, obventionibus attinentiisque et pertinentiis generaliter Universis nihil ex praemissis Iuris, Dominii, proprietatis, haereditatis, ac cuiusvis competentiae et praerogativae

pro se Recognoscentibus, suisque Successoribus, aut quo[s]quam alio reservando seu excipiendo, verum prout praefatorum Bonorum haereditas se in suis metis et limitibus antiquitus extendit et protenditur, et prout eadem Bona ipsimet Recognoscentes tenuerunt, habuerunt, et possidebant ipsosque concernebant, ac eisdem Legitime serviebant, Jam ex nunc et de facto Famatis Alexandro Sowinski et Sophiae Swiechowiczowna Coniugibus Legitimis eorumque Posteris pro Summa Octingentorum florenorum Polonicalium iam per se Recognoscentes levata et percepta, de qua praesentibus quietantur, vendiderunt, inscripserunt et resignaverunt, prout vendunt inscribunt ac titulo puro, mero, et irrevocabilis venditionis resignant praesentibus perpetuo et in aevum irrevocabiliterque. In quae quidem Bona suprascripta, praesentibus vendita iam ex nunc et de facto suprascripti Recognoscentes memoratis Famatis Sowinskim Coniugibus Emptoribus suis eorumque Posteris coram Officio praesenti dant et admittunt realem Intromissionem et actualem pacificamque Possessionem per Ministerialem quemcunque competentem et Nobiles duos seu cum ramo viridi, die quacunque voluerint Officio se acceptandam. Per ipsos Famatos Sowinskie Coniuges eorumque Posteros Bona eadem praesentibus vendita cum universis eorum utilitatibus et usufructibus competentiaque et praerogativa quavis tenendi habendi et possidendi, illisque quiete et pacifice utifruendi, ac ad suos suorumque Successorum quosvis beneplacitos usus fructus libere et effectualiter convertendi Inscriptionis praesentis Venditoreae vigore. Debentque et tenebuntur memorati Recognoscentes, prout se ac suos Successores, in et super Bonis suis generaliter omnibus, Summisque pecuniariis quibusvis habitis et habendis suprascriptis Emptoribus suis eorumque Posteris inscribunt et obligant praesentibus ipsos et eorum Successores, in dictis Bonis praesentibus venditis et ratione

eosundem omnium ab omni et quavis impetitione iuridica quarumcunque Personarum cuiuscunque conditionis, status et sexus cuiusvis existentium exoriunda in omni Iudicio et Officio Regni semper toties, quoties opus fuerit tueri, defendere, evincere, intercedere et eliberare, indemnesque cum Posteris reddere, nec non Bona praefata praesentibus vendita praemissaque omnia per praesentes resignata, ab omnibus in genere Iuribus et Inscriptionibus prioribus et posterioribus, super praemissa omnia praesentibus vendita cuiuis personarum modo quocunque factis et faciendis, tum etiam a quibusuis Citationibus in eadem Bona praesentibus inscripta et vendita modo quouis importatis et importandis. Lucris denique et Perlucris Processibusque Iuris quibusuis in quocunque puncto et gradu Iuris dependentibus et in quouis Iudicio et Officio Regni obtentis et obtinendis ac super praemissis omnibus praesentibus venditis modo quouis perductis et perducendis emundare et eliberare mundaque et libera semper facere, ac etiam Intromissionem praefatam coram Officio praesenti admissam in fundo Bonorum praefatorum praesentibus venditorum, sique per Ministerialem et Nobiles duos Officiose requirent, non denegare, imo debebunt et tenebuntur eandem liberè dare et effectualiter admittere, dataque et admissa eadem, Possessionem et usumfructum praemissorum omnium praesentibus venditorum, nec per se, nec per suas quasuis submissas et subordinatas personas praepedire et adimere ipsosque memoratos Emptores suos et eorum Successores, in praemissis omnibus nullo modo inquietari, ita ut eadem Bona cum Universis eorum Utilitatibus et Usufructibus, competentiaque et praerogativa quavis iidem memorati Famati Sowinscy Coniuges suis cum Posteris quiete et pacifice teneant, habeant et possideant. Illique

2026

utificentur perpetuo. Idque sub vadio summa similis Octingentorum Florenorum Polonicalium per eosdem Recognoscentes sive illorum Successores, memoratis Famatis Sowinskium Coniugibus, Emptoribus suis, aut illorum Posteris ob non completionem praemissorum omnium et singulorum tam in parte, quam in toto toties quoties opus fuerit ad solvendum succumbendo. Pro quo quidem vadio modo praemisso ad solvendum succubito, ac pro reliqua principali ex praemissis non completa complenda citati existentes memorati Recognoscentes Honesti Fenna Swiecka Mater, et Iwan Swiecki Filius, atque Fenna Oszwalo. waneia et Marina Kocilowa Filia, sive illorum Posteri ad instantiam suprascriptorum Famatorum Alexandri Sowinski et Sophiae Swiechowiczowna Coniugum legitimorum sive illorum Successorum, ad Officium praesens Castrense Capitaneale Premisliense, ex nunc recessu suprascripto, quoad respondendum spectat mediante, semper in primo Citationis Termino tanquam peremptorio stare, Iuri parere, respondere, vadium praefatum luere, Inscriptioni praesenti satisfacere, ac omne iudicatum pati debebunt et tenebuntur, seque ac suos Successores ad eadem omnia inscribunt et obligant praesentibus, illum Terminum primum peremptorium, Causa eiusdem ac alios omnes exinde consequentes, pro Terminos semper peremptorios, vera infirmitate, maiori, minorennitate Successorum, Legatione intra vel extra Regnum, servitio militari, ad munimenta, ad Evictorem, vel aliis quibusvis Dillationibus et legalibus impedimentis non differendo, ad quietationem praeterea ultra proximos Officii praefati Castrensis Capi-

tane alis Praemysliensis Terminos Dillationem sibi non recipiendo, nullasque Motiones, Appellationes ac earum prosecutiones faciendo, ac praemissa omnia poenis simplicibus vel triplicatis, Evasionibus, Suspensionibus, fatalis Iuris praescriptione, Terrestri bello, Conventioneque ac aliis omnibus Iuris remediis ac defensis non subterfugiendo, nec modo alio quovis elludendo. Ita sua praesenti personali Recognitione ad praemissa omnia mediante.

Terlecki Gurzanskim Congibus Cedit & Statuet.

Comparens personaliter coram Officio, et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Praemysliensibus Nobilis Basilius Terlecki, olim Nobilis Stephani Terlecki Filius, olim vero Religiosi Iliae Terlecki Popi Nepos et successor legitimus, sanus mente, et corpore existens, a Terris Districtibus, Iuribus Iurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus recedendo, praesenti vero Castrensi Capitaneali Praemysliensi Iurisdictioni, quo ad Actum hunc attinet, se, cum successoribus, ac Bonis suis generaliter omnibus, totaliter et plenarie incorporando atque subiiciendo, palam, libere, publice, ac per expressum recognovit. Quia ipse suo, et Nobilis Lesko Terlecki, sui Recognoscentis fratris germani, pro cuius ratihabitione cavet, et se praesentibus inscribit nomine, de omni et integro Iure suo infrascripto, nempe de summa Quadraginta Quinque Florenorum Polonicalium originaliter per olim Nobilem Iwan Terlecki Zaniewicz supra scripto olim 1015